Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26460
Copyright: Admont, Benediktinerstift



qui & auctor itineris comitatusq; aliorum
exstiterat. singularem sanctimonie ac priua
tam castimonie continentieq; gerebat uitam
nomine haddo. cui priuatim prefatus presul
legationis huius nuncium sanctiq; corporis aduec
tionem cum fratribus secum proficiscentibus inposuit.
ut maior sancte reuerentie uiro deuotionis
inpenderetur honori. & plurimorum amplius
testificatio in his que auditu uel uisu
perciperent preualeret. Cumq; honorabiles tam
sancte consotietatis fratres ad predictam urbem peue
nerunt. tunc quippe aliquantula eis obuiam
populi erat congregata collectio. eiusdemq; urbis
prefecti eis audientibus quem admodum a glo
rioso rege pippino exiuit edictum. insonuit
intendictum. & ne inde pontificis corpus auol
ueretur. indictum est. Sed quia omnipotentis ma
gis quam hominum conualescit fortitudo.
mirabile statim ac memorabile cunctis astan
tibus anglica magis quam humana non contin
gente manu commotum est. ita ut omnes

pactum cogniti
one auditum
est miraculum
ecclesieq; eloccum
insignum ad
monicionis
sancti corporis